

Thef. I.

De nomine autem prius debemus esse solliciti nam hoc re-  
 tē cognito in rei perceptionem facilius pervehimur, monen-  
 te Gal lib. 1. de diff. puls. c. 1. & Scalig. Exerc: 1. sect. 1. Nominatur  
 hic affectus Græcis *ἰκτερός* testante Gal. lib. de diff. Febr. & lib. 5.  
 loc. aff. & lib. 3. de sympt: caus. Item *ἰκτεροσία* secundum Mar-  
 cellum *ἰκτερώσις* Dioscoridi lib 3. c. 94. Unde autem hoc voca-  
 bulum deducatur litigant autores. Alij volunt illud deduce-  
 re *ἰκτερός* *ἰκτιδ* quod Aristoteles lib. 9. de hist. anim. Viverram  
 sive mustelam sylvestrem, auricolores oculos habentem inter-  
 pretatur. Alij *ἰκτερός* *ἰκτερος* ab aviculā quādam, quam Latini  
 Galugulum vocant, & quidem ob colorem illius flavum. Dein-  
 de quod si spectetur a quopiam morbo regio laborante, sanetur  
 aeger, avis vero moriatur ut vult Plinius lib. 30. c. 11. Propterea  
 venditores illas occultarunt, ne emptores conspectā avecura-  
 rentur, priusquam emissent. Sed hæ derivationes parum ap-  
 tæ videntur, & potius cum celeb. Sennerto ab illorum senten-  
 tia stamus, qui vocabulum hoc derivant *ἰκτερός* *ἰκτερός* *ἰκτερός*  
 a colore auriginoso metallo illo regio auro scilicet, quem bi-  
 lis per totum corpus diffusa representat.

ut Aristoteles l. 1. de hist. anim. cap. 15.

Alij Galugulum, & multum  
 Galugulum. Plutarus.  
 5. Sympo. 7. *Χορὰ δὲ προ-  
 νίας, ἢ ἡερμανδρῶν  
 ἡερμανδρῶν  
 Aristot. 1. 8. hist. animal. 3.  
 Vel ut alijs placet ab ave-  
 q̄ *ἰκτερός* *ἰκτερός* *ἰκτερός*  
 oculi laborantibus mil-  
 nis oculis similes, / au-  
 ricolores videntur.*

II.

Hinc Latinis salutatur Aurigo, eandem ob causam, Morbus  
Regius secundum Serenum & Cellum, quia referente Foresto las-  
 civijs, cantu, delitijs, mulsa, vita curis solutā in aula curetur,  
 vel ut vulgus putat, quod hoc morbo laborantibus, consue-  
 tus potus, poculo aureo, tanquam Seypho & vale regio, sit ex-  
 hibendus; in cuius defectu tenuioris fortunæ homines, ceram  
 sumunt sinceram, ex hac poculum conficiunt, ægrisq; in illo  
 potam ordinarium proponunt. Meminit ejusmodi poculi  
 Johan. Langius Epist. Medic: l. 1. ep. 29. Est, inquit, & aliud au-  
 rei poculi genus, Jetericis valde salubre, erythrodani radice deco-  
 rum quod potum, aureum regij morbi colorem emendat. Vocatur  
 etiam Cello Arquatus, ab arcu cœlesti seu ride, eo quod ejus co-  
 lorem imitetur. Dioscorides lib. 3. c. 94. Fellis suffusionem nomi-  
 nat. Nostrates die Balsucht / die Belbsucht appellant. Nos  
 autem quia pleraq; morborum & symptomatum nomina Græ-

teste Scribonio. Alij Au-  
 riginosa affectio.  
 tam Varrone

Lucret. l. 4. d. nat.  
 armatus.